



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Quid Anna & parentes Iesu faciunt?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

tur. Ieiunium enim ad cultum Dei refert Evangelista, nec ideo ieiunabat vt oraret; nam diebus festis non ieiunabat, sed orabat tamen. Nec videtur tam prouidentiae etati ieiunium fuisse adeo necessarium.

*Mactitia non est finis ieiunij.*

§. 2. Caluinus ait, Annam ieiunia sua retulisse ad laudandam, quae tunc erat in Ecclesia calamitatem. At omnino infirmat vim ieiunii, & violenter detorquet verba Evangelistae, qui ait Deo ieiunijs seruisse. Patius fructus est continui ieiunii, meritor.

§. 3. Non recessit à templo, orationis tempore confituro. Forte & prope templum cum Deo factatis virginibus habitabat. Exod. 38. 8. 1. Reg. 2. 22.

*Anna ex-emplo non damnatur secunda nuptia.*

§. 4. Ex Annae viduitate Tertullianus occasionem arripuit vt secundas nuptias damnaret. Reddimus & cetera, ad noua enim nunc documenta properamus. In limine Euangelij Anna Prophetis filia Phanuelis, quae infantem Dominum & agnouit, & multa super eo predicauit, expectantibus redemptionem Israelis, post egregium titulum veteris & vniuersae viduitatis ieiuniorum quoque, testimonio augetur, ostendens in quibus officijs asideri Ecclesia debeat, & a nullis magis intelligi Christum quam semel nuptis, & saepe ieiunjs. Verum iam imperiti, & profus à Montanistis decepti argumentum ex laude viduae damnare maritatas. Non enim Annae vita formam legemque imponebat. Nec iudicare debemus esse illicitum quod ipsa non fecit.

*Anna meritum.*

§. 5. Nec tacere debeo veteres etiam in Anna meritum agnouisse. Cypranus de orat. Dominica. Sic Anna vidua sine intermissione rogans semper & vigilans, perseuerabat in promerendo Deo, sicut in Euangelio scriptum est: Non recedebat, inquit, de templo, ieiunijs & orationibus seruans nocte ac die.

### VERSUS 38. & 39.

*Et haec, ipsa hora superueniens confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel.*

39. *Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galileam in ciuitatem suam Nazareth.*

### QVÆSTIO I.

*Quid Anna & parentes Iesu faciunt?*

*Anna sum-rium.*

Anna à δὲ ἀπολογεῖται gratias agebat pro tanto in populum suum collato beneficio, quodque tam iucundo spectaculo senectam suam Deus exhilarasset.

Alii τὴν ἀπολογία τὴν ἐπισημασμένην. Redemptionem in Ierusalem. Quidam codices habent τὴν ἐπισημασμένην. Parentes eius reuersi sunt Nazarethum, nondum enim Herodes sentiens se elusum à Magis seuire inceperat. Pro eo quod noster habet. Et parentes eius, quidam libri habent, Ioseph & Maria. Syrus textus τὴν ἐπισημασμένην. Ioseph & Maria, & homines eius. De profectioe eorum quotannis ad templum, videndus August. l. 2. de consensu Euang. c. 10. An & hoc aliquis dicit: quomodo ergo sicut Lucas enarrat, ibant parentes eius per omnes annos pueritiae Christi in Ierusalem, si Archelai timore illuc prohibebantur accedere? Hoc mihi dissoluere non esset difficile, nec si aliquis Euangelistarum expressisset, quamdiu sibi regnaret Archelaus. Fieri enim poterat, vt per diem festum inter tam ingentem turbam intrinsece ascen-

*Per singulos derent, mox reuertenti, ubi tamen alijs diebus habitare metuen-annos ibant rem: vt nec solennitate praetermissa essent irreligiosi, ne: consi-pulso Ar- cheleo.*

quam fuerit discurrunt, omnes raquerint, iste quoque, intellectus

paret: vt quod Lucas dicit per omnes annos eos ascendere solitos in Ierusalem, tunc accipiamus factitatum, cum iam non timeretur Archelaus. Quod si Archelai regni aliquando finitimus vlla praeter Euangelium historia prodit, cui fides habenda videatur: illud quod superius dixi suffecerit, quod iam timebant parentes pueri habitationem in Ierusalem, vt tamen propter Dei timorem festiuitatem solennem non praetermitterem, in qua latere facillime possent: neque enim incredibile est capitis temporibus opportunis vel dierum, vel horarum accedere homines ad ea loca in quibus esse formidant.

§. 2. Ibant Pascha, Pentecostes, tabernaculorum die. Exodi 23. 16. & seq. & 34. 23. Deut. 16. 16.

Mater non legis implenda causa, sed religionis ergo comitabatur. De Pascha meminit, quia hoc tempore historia contigit. Hugo & Lyanus cum longè positus dispensatum putant. Credo in Iudaea id non fuisse, sed illis qui extra longius aberant.

§. 3. Archelaum igitur non timebant, facile enim latere poterunt in multitudine, aut sane non veniente nisi eo pulso, vtramque, responsum Aug. l. 2. de consensu. c. 10. habet. Prior est verior. Nam Evangelista per singulos annos venisse ait. At Archelai annos nouem regnauit, Herodes annos duos post natum Christum vixit. Itaque vel duodecimo Christiano, vel paulo ante pulsus est, vnde consequitur regnante Archelao venisse.

### VERSUS 40. 41. 42. 43.

*Puer autem crescebat, & confortabatur: plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solenni Pascha. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendit illis in Ierosolymam secundum consuetudinem discipuli: Consummati scilicet diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem: & non cognouerunt parentes eius.*

### QVÆSTIO I.

*Cur voluit manere?*

§. 1. Vt speciem daret, instituti sui, & missionis, diu puer duodecim annorum, qui nullas didicisset literas, sapientior doctoribus apparet. Necessè erat credere eum maiorem quendam vulgo mortaliū esse; mirus autem stupor, eos nec inquituisse, nec id agere conatos, vt in vrbem remaneret. Alii ideo factum, vt postea ne derepente comparens admirationem magis quam fidem sibi conciliaret.

Ambro. & Beda ideo duodecimo anno apparuisse, duodecim Apostolos missurus erat. Cur ante non fecerit causa videtur, ne Archelaum euidenti miraculo concitaret: cur post non fecerit, causa est humilitas, quamuis non est dubium multa sive sapientiae signa didisse, cum cresceret sapientia & gratia apud Deum, & apud homines.

§. 2. Remanet in turba se iungendo se à parentibus non se inuisibile faciendo vt Orig. h. 19. Sed in turba aliam in partem diuertendo, donec parentes abissent.

Leguntur haec in Syriaca Ecclesia Dominica post natiuitatem vt est in titulo.